Quia in viam Chaim abeunt qui propter invidiam meliorum nomen sibi doctorum ut honorificentur assumunt, qui non tristantur sed adeo repellunt iustos fratres, nolunt imitari, sed eos ex invidia spiritali aliquando et corporali occidunt, et a vultu domini dei expellunt. Nichil iam putantes in se dei providentia pervenire. Sed omnium qui heresum auctores se credunt errore Balaam pereunt, qui propter amorem terrestrium commodorum veritatem quam noverunt impugnant. Contradictione Chore qui increpatione sancte ecclesie noluerunt se emendare, sed appetitu indebiti primatus ab unitate ecclesie se diviserunt, et scientes quantum mali gerant ad scelerum cum tartara descenderunt.

Hi sunt. Omnia per omnia scilicet ethici a nobis veritatis monstrati cecidisse ostendit eos diversis malis subiectos.

Macule. Non solum in comessationibus et ebrietatibus carnalibus pereunt et maculantur, sed et aliis macule alios secum perdunt, dei gratiam in luxuriam transferentes.

Omnia mala cum contemptu faciunt, se erigunt ponentes in celum os suum, propria sua superbe docendo. Sine aqua sapientie.

Comparant se arboribus fructum ferentibus bonum, sed sunt arbores autumpnales, tantum ferunt fructum bonum sicut arbor in autumpno plantata vel que tunc folia cadunt et fructus, vel si supercrescit fructus adulterinus et inutilis, sic que eis faciunt quod bonum videatur non bona intentione agunt sed ut bona que sunt in aliis exstirpent.

ignorant blasphemant. Quecumque autem naturaliter tamquam muta animalia norunt in his corrumpuntur. Ve illis qui in via Chaim abierunt et errore Balaam mercede effusi sunt et in contradictione Chore perierunt. Hi sunt in epulis suis macule, convivantes sine timore, semetipsos pascentes; nubes sine aqua que a ventis circumferuntur; arbores autumpnales infructuose, bis mortue, eradicate; fluctus feri maris despumantes suas confusiones; sidera errantia quibus procella tenebrarum

Nulla discreta sunt ab aliis.

Totum affectum inclinant ad hoc.

Inepulis. scilicet ubi deberent honestati et humilitati commedere, propter quod vide quod ultra modum studentes gule.

Gladio male docentes armant in fratres ut Cayn; in malo consilio decipiunt ut Balaam; contra doctores ut Chore consurgunt per iniuriam.

Vanitas scilicet tamquam nubes obscurantes solem.

Nulla utilitate sibi vel aliis facientes.

Moriuntur qui non faciunt fructum bonum vel qui moritur qui non facit fructum malum. Item bis moritur qui ante receptionem fidei mortuus et resurgere per fidem rursus redeunt ad impietatem. Et ideo eradicate ab hereditate quam sperabant futuros per a soliditate caritatis in qua fuerant radicati.

Sidera erratica lucem veritatis promittunt in hoc mari vitiorum sed nunquam in eodem statu docendi vel vite perdurant et aliis causa naufragii sunt et ipsis per tenebras quas in ecclesia dei inducebant tenebre inferni parantur, et qui pacem fidei mundana tempestate turbabant procella tormentorum percellent. Sidera significat quod in similitudine diaboli de sedibus angelorum ceciderunt quibus propter apostasiam tenebre reservantur.

In hoc apostatas semper inquietos tumidi tenebrosi amari sterilitate ecclesie impugnantes.

Ad similitudinem undarum spumantium superbientes alti se extollunt sed tanto amplius confusi quasi in spumas semper mas dissoluuntur et pereunt.